

## ANNOTATA ANTI-GROTIANA

nianos, &c Arminianos observar B. Hulsemannus, conseqvi, si quis  
renatorum maximè ad tempus succumbat alicui vicio, cum laetitia ra-  
men, idq; sive ex insufficienti informatione, sive ex imbecillitate  
carnis, neq; renatorum numero excludendum esse, neq; privatum  
cessendum inhabitante Spiritu S. qvod Prosper Collat. IV. adver-  
sus Cassianum, & Augustinus in Euchir. c. 114. & tr. 98. in Joh. con-  
tra Donatistas deducunt. Habet enim tuos gradus renovatio &  
sanctificatio.

" v. 4. ὅταν γέλεγη θυσ. ἐγὼ μὲν ἐμοὶ Παῦλος, ἔπειτα δὲ, ἐγὼ  
" " Ἀπόλλων

" Illis qvidem nominibus illi uebantur: sed principes se-  
" etarum sub hoc praetextu suo honoris & commodis velificabantur,  
" ut apparet infra IV. 6.

" τίς γε εἰς Παῦλον, τίς δὲ Ἀπόλλωνα; αλλὰ οὐδὲκονοι  
" διώνυσοι οὐδέποτε;

" Si hoc de se sentire voluit tantus Apostolus & tantus Evange-  
listas, quanto magis id illos cogita e oportuit qui cum viris tancis  
comparandi non essent, suas tamē seftabantur glorias cum Ecclesiæ  
malo. Διάκονοι hic non speciale nomine est functionis, sed generale  
respondens Hebræo תְּשַׁרְמֵן conveniens omnibus qui Evange-  
lio inserviant: quomodo & infra 2. Cor. III. 6. VI. 4. XI. 23. Ephes.  
III. 7. VI. 21. 1. Thes. III. 2. 1. Tim. IV. 6. simili modo Διάκονοι ha-  
buimus Act. I. 17. VI. 4. XX. 24. XXI. 19. διώνυσον, id est, quorum  
operæ.

Malè Vulgata: *Ministri eius, cui credidisti.* Quam διώνυσον sit  
per quos, Trium erat Apostolus: (1.) quod διάκονοι sunt tantum,  
non Domini: (2.) quod omnes ministri sunt unius Domini, & officio  
conveniant, licet forte donis discrepent. (3.) quod ipsis ut organis,  
vel causis ministeriis libus Deus usus sit ad fidem ipsorum & con-  
versionem; non ergo propriâ virtute, sed gratiâ & potenti operatione  
Domini, & quidem prout unicuique Dominus dedit, hic ege-  
runt, ex virtute Dei, quæ operator etiam per infirmum Diaconi-  
num. Nec sancit, ut Θεόφιλος Theophyl. vel tenue administran-  
di hoc munus nostrâ summa industria consecuti, quin vel id ipsum à Deo, et si  
blandi mensurâ, accepimus: utpote cum quæ dona administran-  
tia, cum